



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

A. DISS. 12032
5

EXERCITATIONEM ACADEMICAM
DE
POTESTATE
LEGUM CIVILIJ IN
JUS NATURÆ,
DIVINI NUMINIS AUXILIO
ET
AMPLISSIMÆ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ CONSENSU
IN ACADEMIA LIPSIENSI

H. L. Q. G.
AD DIEM XXX. DECEMBER. MDCCLXIII.

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

P R A E S E S

M. CAROLUS GOTHOFREDUS
WINCKLERUS,
LIPS.
RESPONDENTE

JOHANNE BENJAMIN KONHARD,
LIPS.

LIPSIAE,
LITERIS JOH. ANDR. ZSCHAU.


CHAPTER 8

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

Argumenti dignitas & utilitas §. I. Quid per Legem Civilem & Naturalem, itemque potestatem hic intelligatur. *Jus Naturæ* in permittens & præcipiens dividitur. §. II. circa prius *Jus Civile* versatur connivendo §. III. & fanciendo. Posterius tribus modis fit: præcipiendo, quod exemplis declaratur, §. V. VI. vetando §. VII. (quæ prohibitio iterum concernit personas, res, §. VIII. IX. X. & actiones §. XI.) & addendo, idque dupli ratione: aut enim informat entia statui primævo jam cognita §. XII. & XIII. circa quam rem duæ cautiones afferuntur, & de Jurisprudentia veteri formularia judicium fertur. §. XIV. XV. aut entia nova introducit. §. XVI. a permittente ad præcipiens *Naturæ Jus* fit digressio. Hujus effata aut speciem consilii habent, unde officia humanitatis oriuntur, quibus *Jus Civile* aliquando plenam obligationem tribuit §. XVII. aut præcepta sunt perfecte obligantia. §. XVIII Circa hæc Lex Civilis triplici modo occupata est: firmando, determinando & vim efficaciter agen-

agendi in foro civili denegando. §. XIX. *Confirmatio consistit in repetitione cumprimis conclusionum rematiorum* §. XX. & *interpretatione*, ubi de subordinatione & collisione præceptorum Naturalium incidenter agitur §. XXI. *Determinatio exemplis docetur* §. XXII. & *an in pœnis constituendis Legislator Jus forense Moſaicum sequi teneatur? disquiritur* §. XXIII. *Denegatio fit tribus modis* §. XXIV. aut enim *conventiones actione destituit* §. XXV. aut *peccata impunia dimittit* §. XXVI. aut *fictione vel annulatione materiam subducit, quo minus Jus Naturæ eidem applicari possit.* §. XXVII. *Ultimo loco de dispensatione quædam monentur.* §. XXVIII. & *finis Dissertationi imponitur.* §. XXIX.

DE PO-



DE
POTESTATE LEGUM CIVI-
LIUM IN JUS NATURÆ.

§. I.



Uid liceat summo imperio in Leges Naturales, non minus ardua quam utilis est tractatio. Sine hac enim nec legislatoria potestas recte sibi constat, nec limites legum civilium & naturalium rite constitui possunt. Sine hac frustra de justitia arbitrarii juris quicquam definiri potest, nec certi esse queunt de necessitate obsequii illi, quibus gloria ejus relictæ est. Ut proinde conveniens omnino duxerint viri doctrina præstantes, qui Jus Naturæ & Gentium nobis dederunt illustratum, hanc quoque Provinciam occupare ; et si hoc sparsim saltem factum ab iis sit, & ubi quæstionum specialiorum decisio id desiderarer. Mihi dum argumentum aliquod in Φιλοσοφίαν Cathedra proponendum quererem, nullum hoc visum dignius fuit. Et si vero illa, quæ

B ab

ab alio in his studiis probe exercitato expectari poterant, de me sperare non jubeam, faciem tamen veniam me ab iis impetraturum cōfido, qui juvenili ætati aliquid indulgendum condonandumque esse didicerunt.

§. 2.

Per *Legem* igitur *civilem* à me hic indigitarī, quām quilibet, penes quem est τὸ νῦν in Republica subditis circa actiones illorum externas regendas ad felicitatē totius civitatis obtinendam sancit, vel ab aliis introduci patitur, etiam nūc non monente perspicitur. Unde sequitur, non solummodo *Jus scriptum*, ut à JCTis Romanis appellatur, sed & id, quod absque scripto venit, & Legis vim habet, ut & illud, quod permittente summa potestate a minoribus societatibus civilibus, Municipiis puta, & Collegiis conditur, & statutarium vulgo nuncupatur, hic comprehendēti. Porro *Jus Natura* in laxiori significatu hic ponimus, sic, ut & constitutivum & permissivum includat. Prius definimus *decreta voluntatis* Divine per rationem promulgatum omnes homines exactissime & immutabiliter obligans, ut actiones voluntarias cum natura humana ad certum finem à Deo formata, & libera hominum voluntate, licite amplius disposita, necessario convenientes suscipiant, non convenientes omittant. Excell. Dn. FITIUS ad Purfend. de O. H. & C. L. l. C. 3. §. 1. Obs. 77. 2. 3. Quo sensu ἡ φύσις ἐνοιεῖ, αὐτοδίδακτον νόμον, καὶ οὐ τέρπει καὶ πατεῖ φύσιν à Græcis Philosophis, legem non scriptam, sed natam, legem aternam à CICERONE aliisque vocari, notavit diligentissimus Vir HENR. STEPHANUS in Pref. ad *Juris Civilis fontes* & Rivos. Conf. SELDENUS de Mari clauso L. l. C. 3. Posterius mihi est De-

*cretum voluntatis divina per rationem promulgatum, quo
bominibus facultas moralis actus cum natura humana ne-
cessario non convenientes vel pugnantes suscipiendi conce-
derunt. Dn. TITIUS ad Pufend. de O. H. & C. L. i. C. 3. §. 12.
Obs. 86. n. 7. Quæ ad hoc pertinent à GROTIO L. i. d. f.
B. & P. C. i. §. 10. Juris Naturalis esse reductive dicuntur.
Vid. PUFEND. L. 2. d. f. N. C. 3. §. 22. Denique per
potestatem hic innata qualitatem moralem personæ legisla-
toris competentem ad licite agendum, quam per ięzus
vulgo hic exprimunt, qua de re docte egit CASPAR ZIE-
GLERUS de f. M. L. i. C. i. §. 8. seqq. Ut paucis me expe-
diam, disquirendi animus est, quid liceat summa in Re-
publica potestati circa Jus Naturæ præcipiens & permit-
tens?*

§. 3.

Methodi libertas excusabit, si a posteriori specie
exordium ducam. Jus hoc, uti statum primævum gene-
ris humani, quatenus fuit, obnoxius tamen esse potuit mu-
tationibus, pro objecto habet, ita circa illud duplici fere
ratione versari animadvertisimus Legem civilem. Non-
nulla enim indifferentia remanserunt, adeo ut illorum in-
tuitu salvam reliquerit civibus suis libertatem naturalem:
idque optima ratione factum esse puto, ne dum de singu-
lis fierent constitutiones, in immensam excrescerent molem
leges arbitrariæ, ex qua non nisi inevitabilis multarum
ignorantia & infinitus litium numerus poterat enasci, con-
tra finem haud dubie institutarum societatum civilium.
Huc enim pertinet illud ISOCRATIS AD NICOCLEM:

Leges quare in universum aquas & utiles & inter se consentientes, atque etiam tales, quae & controversias civium quam paucissimas, & compositiones, quam fieri potest, celerimas efficiant ; & alterum QUINTILIANI Declamat.

264. *Quid interest nulla an incerte sint leges ? Unde optimus TACITUS de statu legum sui temporis : Corruptissima Republica, plurime leges.* Referunt id nonnulli Viri docti & cordati inter naves Jurisprudentiarum Germanicarum, quae assumtis in societatem peregrinis institutis, adeo legibus specialissimis abundat, ut jam mole sua laboret, & eidem ediscendae vix sufficientii, qui in ea omnem etatem contriverunt. Contra extolluntur ab iisdem majores nostri, apud quos plus valebant boni mores, quam alibi bona leges. Ceterum regula hic observanda est, quod quoties actuum indifferentium libertatem haud infregit aut lex aut consuetudo contraria, toties eam durare adhuc existimandum esse. Quamvis enim ea sit societatum civilium conditio, ut in iis actus suos externos subditi Imperio summo submississe censendi sint, res tamen ita limitanda est, ut aliter id non intelligatur, quam in quantum legislatores certi quid definiverunt. Etsi vero actus indifferentis ab initio subsistat, ex eodem tamen fonte fluit, posse cum retro irritum per legem subsequentem, sicubi id e revisum fuerit summæ potestati, declarari.

§. 4.

Alia operatio est Legis civilis, dum ea, quae juris sunt permittentis vel ad necessitatem obligationis evicit, vel vetat omnino, vel etiam incognita superaddit, ut plane huc

huc applicari queant, quæ JCtus de edicto prætoris asseruit, *introductum esse adjuvandi vel supplendi vel compri-
gendi juris civilis gratia l. 7. §. 1. ff. de J. & J.* Nam cum aliquid addimus vel detrahimus Juri communi, Jus proprium i. e. civile efficimus. *ULPIANUS in l. 6. ff. cod.*
 Quemadmodum autem hæc efficacia ex principio ante adducto & ex renunciatione tacita & præsumpta jurium libertatis eorum, qui in unam societatem coaluerunt, fluit, ita subditorum non est, scrupulosius sciscitari causas. Voluntas enim & arbitria Principum hic pro ratione sunt, & satis est ratio universalis sine repugnantia contrariæ legis. *GROTIUS L. 2. C. 20. §. 26.* Quantquam deceat bonum & prudentem legislatorem ante omnia indolem gentis suæ, necessitatem & utilitatem præ oculis habere. *CONF. ZIEGL. d. J. M. L. 1. c. 5. §. 48.* *

§. 5.

Sed hæc quidem paulo diductius explicanda sunt. Dixi autem Legem civilem aliquando ita juvare Jus Naturæ permittens, ut ei quoque *necessitatem obligationis adjiciat*; quod toties accidit, quoties nos ad ea facienda adstringit, quæ adimplere ante legem meri arbitrii erat. Illustrabimus rem uno altero exemplo. Ita quamvis probabile maxime sit, Parentes, dum fatis functi nihil de transferendo rerum suarum dominio disponuisse inveniuntur, illud ad liberos suos transmittere volunt, quod *PAPINIANUS Natura simul & parentum commune votum, PAULLUS legem tacitam vocat, dubium*

tamen nullum est, posse illos totam hæreditatem, sibi
beri jam sint adulti, & semetipos exhibere queant, iisdem
adimere, extraneis donare vel in alios usus conver-
tere. Conf. GROTIUS L. 2. C. 7. §. 5. PUFENDORFIUS
L. 4, C. 11. §. 3. & seqq. adeo, ut ne Legitima quidem,
materialiter, ut loquuntur, considerata, & quatenus na-
turam alimentorum haber, debeatur. ZIEGL. ad GROT.
de J. B. & P. p. 302, Observavit illam libertatem ex
parte Jus vetus Romanum, quod non solum militibus
privilegium hoc indulxit, ut ad legitimam liberis reli-
quendam non teneantur, nec præteritis querela nullita-
tis sive inofficiosi competit L. 9. & L. 24. C. d. snoff. Teß.
sed & cuilibet dedit licentiam, emancipatos quidem
plane præterire in testamentis, suos vero hæredes modo
expressis verbis fieret, sine iusta etiam causa excludere.
At lex JUSTINIANI & plerarumque aliarum gentium,
ut litium materiam præscinderet, & pravis affectibus
obicem poneret, immane quantum hanc libertatem
circumscripsit, & necessitatem parentibus utriusque se-
xus imposuit, portionem certam, semissem vel trientem
hæredibus suis sine onere & sub honorabili institutio-
nis titulo relinquendi, neque alias admisit ex hæredatio-
nis causas nisi justas & a se approbatas. Conf. Nov. 115. &
us. Secus si fecerint, ultimas voluntates jussit esse nul-
las, & rem totam ad intestati causam reverti.

§. 6.

Porro ab unius cuiusvis arbitrio haud dubie de-
pendet, rem sibi delatam acquirere vel repudiare, Quod

nn-

autem cum posset aliquid querere, inquit *U. PLANUS*.
66. ad edictum, non id agit, ut acquirat, ad hoc edictum non pertinet. Pertinet enim edictum ad diminuentes patrimonium suum, non ad eos, qui agunt, ne locupletentur *l. 6. ff. que in fraud. credit.* Cum tamen debitor dolo non careat, qui hæreditatem vel aliud lucrum sibi oblatum eō saltē fini, ne Creditoribus inde satisficeri queat, respuit, lex civilis invitum quoque ad acquirendum cogere poterit, vel Creditoribus, ut neglecta fraudulenter revocent, actionem dare. Id jam olim in *Fisci* gratiam introductum fuisse, testis est *PAULUS l. 45. ff. d. Jure Fisci*, & apud Frisos observari, commemorat *HUBERUS*. Nec aliam in Saxonia Electorali sententiam obtainere, est paulum limitatam ex *CARPZO V. Decis. 16r. BERGERO ad LAUTERB. que in fr. Cred. p. 753.* aliisque constat. Conf. *SCHILT. Ex. 46. Ib. 53.* Ita cum viceversa nemo rem suam alienare sit obstrictus, *ANTONINUS* tamen consultus à quibusdam Præsidibus Provinciarum, de his servis, qui ad ædem sacram vel ad statuam Principum configerant, præcepit, ut, si intolerabilis videatur sævitia dominorum, cogantur servos suos bonis conditionibus vendere, & pretium Dominis daretur ; Et recte, ut addit *JUSTINIANUS: expedit enim Reipublica, ne sua re quis male utatur.* Veniunt in hunc censum reliquæ necessiarum venditionum species, quando v. g. illi, qui annonam flagellant, ut merces coëmtas justo pretio, si necessitas exigat, aliquando etiam fide de pretio habita, distrahanter, jubentur. Vid. *l. 6. ff. d. extraord. criminib. ZIEGL. L. 1. C. 41. §. 83. 84.* vel, quando merces per territorium alterius

rius transvectas certo in loco per tempus aliquod venum exponere necesse est, quod jus stipulae vulgo nominant. LEHMANN. (bron. Spirens. L. 4. c. 22. WEHNERUS voce Staffel = Recht. ZIEGL. L. 2. C. 42. ut alia, quæ copiose adduci poterant, taceamus.

§. 7.

Neque tamen circa indifferentes actus hic subfistere Lex Civilis solet, sed ulterius progreditur, & non nullos in illicitorum numero ponit, & in transgressores severe aliquando animadvertisit. Magna in hoc arguimento pars prudentiae Legislatorum absolvitur, ne vel nimium intendendo arcum, rumpere eum faciat, aut laxiori disciplina subditos ad delinquendum invitet. Salus populi, uti & hic suprema lex est, ita proclivitas gentis & inclinatio potissimum inspici debet: neque hic omnibus eadem instituta convenient, cum fieri possit, ut quæ uni Genti necessaria, alteri inutilia fore deprehendantur. Sed illa quidem ex professo tractare, instituti nostri non est, qui id saltem, quod licet hac in re summæ potestati, perscrutari intendimus.

§. 8.

Vetatio autem illa aut *personas* concernit aut *res & actiones*. Ad priorem speciem restricta matrimoniorum licentia spectat. Non meum hic est excutere, an Naturalia jura repugnant connubii inter eos, qui parentum & liberorum sibi invicem loco sunt, aut in primo

mo gradu ex transverso limite collocantur, initis, et si hic titubantem videas magnum *GROTIUM. L. 2. C. 5. § 12. seqq.* penitiatione quoque digna sint, quæ à *PILFENDORFIO. L. 6. c. 1. § 28. seqq.* circa hanc quæstionem afferuntur, & vero simile fiat nonnullis, omnem prohibitionem ex Lege Divina revelata, cuius forte notitia ad alias quoque gentes penetravit, repetendam esse. Id ad minimum expeditum est, reliquos lineæ collateralis Gradus impedimento non esse, quo minus nuptiis locus sit. Ut itaque conjunctiones eorum prohibeantur, inter quos parentalis, ut loquuntur, respectus intercedit, aut qui consobrini sibi invicem sunt, ex Jure positivo esse videtur; & si consultum sit aliquando indagine quasi facta à licitis homines libidinosos arcere congressibus, quo eo minus ad illicitos provolare possint. Fuit hæc mens procul dubio *THEODOSII M. Imperatoris*, qui, ut utar testimonio *AMBROSII in Epistola ad PATERNUM 66. Patruelis fratres & consobrinos vetus, inter se conjugii convenire nomine, & severissimam poenam statuit, si quis temerare ausus esset fratum pia pignora.* Sublata tamen hæc Constitutione ab ARCADIO Imperatore. Conf. *JAC. GOTHOFR. ad legem Celebrandis 19. C. de Nuptiis.* Fuit eadem mens Serenissimorum nostrorum Principum, ex quorum Constitutionibus hodie ejusmodi Matrimonia, nisi dispensatio accedat, pro illicitis habentur. Deinde, ut matrimonia cum peregrinis, alienæ fidei formulæ addictis, judæis, ob interdictam cum his communionem, de qua evolvi meretur. *JAC. GOTHOFREDI ad RIVETUM Epistola singularis inter opuscula ejusdem, Hæreticis, infidelibus inita nulla sint, & poenam mereantur, itidem Civili Juri ortum debet:*

C

quem-

quemadmodum & illud, quod Judæorum Synagogæ, deportati, & in nostro Imperio religionibus reprobatis adscripti nihil ex liberalitate testatorum accipere possint; & quæ sunt alia innumera, quæ consulto hic omittimus.

§. 9.

Ad *res* etiam dispositio legis civilis extenditur, quando illæ aut commercio eximuntur, aut eas tractandi alienandique potestas privatorum certis limitibus includitur. Prioris exemplum constituebat olim Purpura Domui Augustæ propria, quam emere aut vendere læsæ Majestatis instar criminis habebatur. *I. i. C. quæ res vendi non possunt. I. fin. C. Theodos. de Murilegulis, ibique GOTHOFREDUS.* In eundem censum veniunt res sacræ, sanctæ & religiosæ, in quibus tamen veterum superstitionem ex parte mitigavit ævi recentioris melior opinio. Neces-sitas etiam quandoque aut utilitas publica efflagitat, ne frumentum, aurum, argentumque signatum vel rude, nisi quantum ad iter faciendum sufficit, Provincia exportentur. Cujus generis edicta antiqua pariter & recentior Historia suppeditat. *vid. I. II. ff. d. publican. Et Vetus eti. l. 2. C. d. Commerc. Et Mercator. GROENEWEGEN ad eandem L. ZIEGL. de J. M. L. I. C. 41. §. 61. seqq.* Circa importanda etiam eadem legis civilis potestas se exerit, dum invectionem rerum nonnullarum impedit, illarum potissimum, quæ Rempublicam pauperem aut ad luxum promorem efficere poterant, *ZIEGL. §. 68.*

§. 10. Posse

§. 10.

Posse autem instituta hujusmodi optima ratione niti, neque his cuiquam jus suum detrahi, prudentior quisque facile largietur. Ut ut enim ea Dominii introducti natura sit, ut rerum suarum quisque liberrimus moderator & arbiter reputandus sit; interdicta tamen illa aut rem nondum acquisitam attingunt, ideoque injuriam non inferunt, aut si de bonis jam acquisitis loquuntur, meminisse oportet, usum illorum ita subordinatum esse imperio civili, ut a hujus rationibus non possit separari. Optime *SENECA de Beneficiis L. 7. C. 4.* dicit: *Ad reges potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas.* Elicitur haec doctrina ex communi sponsione civitatis, quæ in imperantem ea omnia transtulisse præsumi debet, sine quibus finis illius, felicitas scilicet publica, obtineri nequit. Conf. *PUFENDORF. L. 8. C. 4. §. 3. 7.*

§. 11.

Eadem & circa *actiones Civium* notanda sunt, quas ideo à personis & rebus separamus, cum lex aliquando de illis absque speciali relatione ad has disponere consvererit. Supponamus enim, concessum alicui facultates suas, ut libitum fuerit, collocandi vel largiendo, non idcirco integrum eidem erit, pecunias alea male perdere, aut immodicis sponzionibus insumere. Vid. *Tit. de Aleatoribus & ibi Interpretes.* Licta erit donatio quingentos solidos excedens, neque debebitur tamen id,

quod superat legitimam quantitatem, si apud Acta celebra non fuerit,

§. 12.

Sed de hac quidem secunda operatione satis Accedendum ad tertiam, quam in *addendo* versari supra dictum fuit. Hæc non unius generis est: siquidem entia statui primævo conditionis humanæ *jām cognita* aut informat saltem, aut *nova* etiam comminiscitur. Prioribus utpote antiquioribus primo loco insistendum erit. Et hæc quidem ad duo capita redigi posse, docte observatum est à PUFENDORFIO L. 8. c. 1. §. 1. Vel enim præscribit certas formulas certosque modos observandos in negotiis, quibus jus in alterum confertur, aut obligatio in aliquo nascitur, vel procedendi ordinem tradit, quo quisque in judicio jus suum persequatur. Itaque ut contrahas, emas, vendas, loces, conducas, mandes, societatem vel rerum vel operarum ineas, vel commodes à natura est: ut vero contractus nonnulli nudo consensu perficiantur, alii tunc demum existere incipient, si res intervenerit, aut in scripturam sint relati, vel solennia interrogationis responsionisque verba utrinque accesserint, denique ut alii nominatorum alii innominatorum nomen ferant, id omne ex instituto Civili promanat. Rursus, ut mentem tuam explices, qui hæreditatem tuam cernat, quam portionem cuique tribui velis, naturæ conveniens est: Testamenta autem solennia & minus solennia, Codicillos & fideicomissa universalia & particularia, Legata, necessitatem testes rogandi, & qui plu-

plures sunt laquei hominum incautorum , simplicitas naturæ ignorat.

§. 13.

Ad judiciarium ordinem quod attinet, prout is absque societatis Civilis suppositione , nisi forte Patrem uniuscujusvis familias Judicem constituas, difficulter concipi potest, ita sub imperio civili ex Naturæ dictamine haud dubie recensione facti, actorisque petitione, defensione rei & sententia Jus dicentis absolvitur. Ut itaque certis verborum aucupiis utaris, ut aliæ sint actiones in rem , aliæ in personam, directæ aliæ , aliæ utiles & contrariæ , ut judicia quædam sint ordinaria , quædam extra ordinem peragantur, ut singulis suæ formulæ sint solennes & certæ , quas legis actiones vocant, ea omnia commenta Juris arbitrarii esse,fatendum est.

§. 14.

Etsi vero non utile minus quam necessarium, credam, negotiis ciuilibus ob innumeram illorum multitudinem & vagam , quam a natura habent, indolem , certam formam , ut unum ab altero recte discerni queat , assignare ; & ea res plurimum conferat ad deliberationem animi ; quem in finem stipulationes apud Romanos introductas esse novimus , duæ tamen hic cautiones adhibendæ mihi videntur. *Prima* est, ne dum limites negotiorum indagari intendimus, ex uno plura efficiamus præter necessitatem. *Secunda*, ne rerum ordinem verborum tricis & formulæ alligemus, quæ

cum ad existentiam rei nihil conferant, eam impediat magis & intricatam reddunt. Cum enim leges, quarum pars hoc ipso fiunt formulæ, debeant esse paucæ, justæ & ita comparatae, ut a quovis intelligi possint, officium illæ suum perdunt, quando ubique mysteria sectantur & Sybillina Oracula, ut Oedipo interprete semper opus sit: cum impossibile sit, ut rudiores illis obsequium præstent, qui in eas non ex animi pravitate sed ignorantia impingunt. Adde, quod dum nobilissima ingenia in evolvendis eis maximam ætatis partem insu mere necesse habent, a melioribus occupationibus & magis proficuis, non exiguo publicæ rei dispendio, abstrahuntur.

S. 15.

Peccavit in utroque Jurisprudentia Romana, non ignorantia quidem, sed studiis partium inquinata. Quirites enim de principatu cum plebe certantes, quod a perto marte consequi non valebant, ad id astutia freti pervenire contendebant; & prout illis res judicaria ferre tota, priusquam ex Plebe Consules & Prætores cre rentur, concredita erat, actiones ius suum persequendi formulæ includebant, quas qui non adhibuisset, ille justissima etiam causa eadebat. Petebantur autem illæ initio a Collegio Pontificum, postea quoque a Prætoribus, & cum Juris cognitio penes solos Patricios esset, Plebs vinculis hisce detenta comiter eos revereri & suspicere tenebatur. Formulae autem tantopere ubique vigebant, ut nec quotidianæ jumentorum emtiones & ven-

venditiones illis carere possent. Ridicula propemodum sunt, quæ apud *VARRONEM L. 2. de re rustica* occur-
runt : *Eos*, (boves, inquit) *cum emimus domitos, stipulamur sic: ILLOSCE BOVES SANOS ESSE NOXISQUE SOLUTOS preſtari.* *Cum emimus indomitos sic: ILLOSCE JUVENCOS SANOS RECTE EQUE PECORE SANO ESSE NOXISQUE SOLUTOS PRÆ-STARI SPONDESNE?* & mox: *paulo verboſius* *bec, qui Manilius* (is enim pulcherrimi Instituti author) *actiones ſequuntur lanii, qui ad cultrum bovem emunt: at, qui ad altaria, boſtie sanitatem non ſolent stipulari.* Vid. *HOTTO MANNUM Anti-Triboniani c. 8.* & qui ex professo rem tractavit *BARNABAM BRISSONIUM de formulis & ſolennibus Populi Romani verbis.* Non ſine ſtomacho in has ineptias invectus eſt *CICERO de Oratore & in Oratione pro Murena cap. ii.* cuius loca cum vulgo nota ſint, hic non adducam. Vid. *Illuſtr. Dn. THOMASIUS in Nevis Jpr. Anti-Juſtinianæ L. 2. C. 5.*

§. 16.

Quæ haſtenus differuimus, eo ſaltem pertinent, Legem Civilem negotiis ſtatui primævo jam cognitiſ formam quandam indere, nunc illorum quoque ratio habenda, quæ noua producit. Quod enim de natura alias Imperator dixit, illam deproperare, novas quotidie formas edere, id merito ſuo Juri positivo tribuitur. Posteaquam enim ſemel a communione recessit genus humanum, & dominia rerum introducta, familiæque ante ſegreges mutuo foedere in ſocietates civiles con-
ſpi-

spirarunt, hoc ipsum novum institutum tot alia peperit, quot cujusque indigentia & utilitas exigere videretur. Primo enim æqualitas hominum desit, dignitatum gradus constituti, Bella quoque exortâ, quæ quamvis eo in sensu, quo inter duas vel plures summas potestates gerri dicuntur, Juris ipsius Naturæ sunt permittentis, effectus tamen illorum poterunt esse Legis civilis. Hinc captivitas, servitus, manumissio, securæ porro differentiæ inter manumissos, ut v. g. Jure Romano dediditii alii essent, alii Latini, alii denique Juribus Civitatis potirentur. Hinc fictiones juris postliminii, & Corneliaz legis, aliaque, quibus scatent Volumina Jurisprudentiaz Romanæ & Justinianæ. Quemadmodum autem isthæc omnia vel enarrare saktæ metas Dissertationis excederet, ita intactæ hic relinquæ non debent duæ JCtorum Romanorum loquendi formulæ, quibus in hoc arguimento frequenter admodum utuntur. Prior est, quando instituta quedam contra naturam introducta ajunt, ut servitum. *Servitus est constitutio juris Gentium, inquit FLORENTINUS l. 4. §. 1. ff. d. Statu hominum, qua quis Dominio alieno CONTRA NATURAM subjicitur: & paulo plenius IMPERATOR pr. J. d. Libertois: Res a Jure Gentium (hoc est, moribus a plerisque gentibus tum temporis receptis) originem sumvit: utpote cum Jure Naturali omnes liberi nascentur, nec esset nota manumissio, cum servitus esset incognita, sed posteaquam Jure Gentium servitus ingenuitatem invasit, securum est beneficium manumissionis.* Observatum autem est jam pridem a viris doctis, referenda hæc omnia esse ad Jus permittens, & conditionem hominum primævam externam,

nam, quam haud dubie licuit immunitare, fieri civitatis. Quo sensu recte dictum est ab ARISTOTELE Lib. 2. Posit. e lege venisse, ut alius esset liber, alius servus. Vid, GROT. L. 2. c. 22. §. 11. & L. 3. c. 7. §. 1. Alter loquendi modus, quando quædam iure naturali communia dicuntur omnium, ut mare, Add. L. 2. pr. ff. d. R. D. & per hoc littora maris §. 1. f. d. R. D. quod ubi de statu, quem ab initio habuit & permittente iure capiendum est; ita quantum in hoc etiam valeant instituta humana & leges populorum, docte contra GROTIUM, BOXHORNIUM aliasque Belgas causæ suæ inservientes executus est integrō de mari clauso tractatu celeberrimus Anglus JOH. SELDENUS, quem ex nostratibus secuti sunt JOH. STRAVCHIUS, ZIEGLERVS aliisque. Conf. ZIEGL. L. 2. c. 7. d. f. Maj.

§. 17.

A permittente ad jus Naturæ constituens progradimur, cuius effata non ejusdem generis esse deprehenduntur. Quædam enim consiliorum propemodum instar sunt, & evadendi saltem indolem habent, unde Interpretes officia humanitatis, quibus non nisi imperfectionam obligationem tribuunt, derivare solent. Sine his, uti societas humana consistere quidem potest, sed nonsatis commode, ita ex Jusu Imperantis in Civili statu perfecta intuitu illorum obligatio introduci potest, BLUDELLUS Pbilos. Pract. P. II. c. 4. Sect. 8. §. 2. Ita Plato puniendum censet, qui vim alteri illatam non arceret: quod & Aegyptiorum legibus caderebatur, monente GROTI O L. 2.

D

C. 25.

C. 25. §. 7. Sic exheredatione dignum judicat filium, qui pro patre aut matre carceri mancipatis fidem suam rogatus interponere detrectavit, *Constitutio JUSTINIANI Nov. 115. c. 3. §. 8.* Ita *Canpo vel Flabularius viatorem sibi eligere non videtur, nec repellere potest iter agentes, l. un.* **§. 6. ff. Furti ad. Nautas.** *Conf. LEISERI Jus Georgicum I. 3. c. 19. n. 23. seqq.* quod Legibus Slavorum antiquorum narrante *HELMOLDO in Cbron. Slav. L. 1. C. 82.* eousque extensum fuit, ut si quis peregre adventantem hospitio excipere recusasset, illius domum vel facultates igne injecto destruere jus fasque haberetur. *Vid. PUFEND. d. J. N. & G. L. 3. C. 3. §. 9.* Vicissim ut illa humanitatis officia exercendi potestas restringatur, aut ea non aliter nisi præstitis nonnullis à parte altera exhibeantur, itidem ex arbitrio Legem ferentis dependet. Prioris exemplum suppeditant plures in Imperio nostro provinciæ, in quibus jus hospitii publici inter regalia refertur, nec privatis competit, nisi aut venia à principe ampetrata aut præscriptione acquisiverint. *KLOCK. Vol. 1. Conf. 8. n. 125.* Ad posteriorem casum referenda est exigendorum vectigalium potestas, quoties personæ vel merces ad aliena litora appellunt, aut per alterius territorium transvehuntur. Habent autem vectigalia hujusmodi, si moderate iis utaris, naturam mutuæ humanitatis. Cum enim æquum sit, liberum transitum permettere personis & rebus, justum quoque est, ab his ob præstatam securitatem, & ob sumtus in refectionem viarum, pontium, portuumque faciendos, aliquid rependi. *Vid. GROT. L. 2. c. 2. §. 14. & ZIEGL. d. J. M. L. 2. C. 7.*

§. 18. Di-

§. 18.

Diversa ab his sunt dictamina Juris Naturalis vel leges proprie ita dictæ, quas in præcepta *affirmantia* & *negantia* vulgo distingvunt. Illæ vocantur, quibus faciendum aliquid, *hæc*, quibus omittendum aliquid esse, injungitur. Ultriusque generis aut absoluta sunt, v. gr. Deum colendum, neminem lædendum, aut factum vel institutum aliquod humanum, v. gr. dominium supponunt. Conf. *BUDDELLS P. II. c. 4. Sect. 4. § 6.* quod tamen discriminem cum in relatione ad civilem legem, eosdem ferme effectus producat, non magnopere hic attendendum venit. De his præceptis in universum notandum occurrit, illa natura sua, cum ob legislatoris sui auctoritatem, tum arctissimam, quam cum humana conditione conjunctionem habent, esse immutabilia: quo sensu non ineleganter ab Imperatore dictum inventimus: *Civilem rationem civilia quidem Iura corrumperem posse naturalia vero non utique §. 3. f. 4. legit. Agnat. Tut. Vid. ZIEGL. de J. M. L. i. C. 5. §. 40. § 41.*

§. 19.

His tamen non obstantibus variæ sunt operatio-nes, quas quotidie in hæc quoque sancta exercere animadvertemus Legem Civilem. Revocari autem ad tres classes posse videntur. Aut enim *firmant* id, quod na-tura statuit, aut *determinant* ulterius, aut *vim* eidem efficaciter agendi in foro civili *delegant*, quæ singula-ordine exutienda erunt,

§. 20.

Prima operatio partim in repetitione naturalium Legum, partim in earundem interpretatione consiftit. Illi & necessitas & officium summi Imperantis causam præbent. Cum enim conclusiones non nullæ, quæ magis à principiis suis absunt, eo difficilior in mentibus præsertim non excutis aut pravis affectibus dedijtis hæreant, finis certe Rerum publicarum securitas & tranquillitas publica postulat, ut mediante lege positiva in memoriam revocentur, quinimo necesse aliquando est, ut præceptionum & prohibitionum terminos longius proferat Legislator, quo sepimento quasi ducto tanto magis in tuto collocatae sint Naturales Sanctiones. Jam vero ea ad summarum potestatum munus spectare, vix erit, qui inficias ibit. Quemadmodum enim unicuique id datum esse intelligitur, ut quantum in se est, commodo publico societatis, in qua vivit, studeat; ita cura hæc quam maxime iis incumbit, quibus universitatis totius salus & custodia concredita est, quiique omnium optime id efficere queunt. *P A U L U S A P O S T O L U S* Dei ministram effidicit *summam potestatem*, eis nō ἀγαδέν, ad bonum, qualecumque scilicet, quod alibi distinctius explicans ostendit, in id institutos Reges, ut vitam quietam & tranquillam degamus in omni honestate, observante *G R O T I O* de Imper. Summa Pot. circa Sacra C. I. n. 4. Jam vero felicitas illa non alia re melius obtineri potest, quam sedula illa inculcatione dictaminum naturalium, quæ unice ad pacem humano generi conciliandam

dam conservandamque colliment. Praeivit exemplo suo ipse divinus legum conditor & Naturæ artifex, cuius institutis Populo, quem præ reliquis sibi elegerat, propositis plurima insunt, quæ Naturali æquitati orum debent. Conf. MEVIUS in *Jurisprudentia Nucleo Imp. 6.*
 §. 5.-seqq. Optime in hanc rem AMBROSIUS:
Quia ipsi quodammodo Nature inserta sunt justitia Semina, addita lex est, cujas auctoritate & Magisterio ingenium Nature proficeret ad fructum justitia faciendum.
Sicut enim nati dicas interire, nisi nutrimenta babeat, quibus fata adolescat: ita & naturale justitia ingenium, nisi babeat, quod respiciat, & veneretur, non facile proficit, sed egrotat, & supervenientibus cedat delictis.

§. 21.

In interpretanda Lege naturali non puto latius patere summae potestatis arbitrium, quam privati cuiusque bonæ interpretationis regulis instructi. Quemadmodum enim utriusque norma debet esse recta ratio, ita neutrī ab hujus dictaminibus recedere integrum est. Adebat tamen hæc diversitas, ut si decisio dubia habeatur, interpretatio summi Imperantis Legis civilis naturam induat, & subditos ad obsequendum adstringat. Utile autem, imo necessaria est hæc interpretatio, eo præsertim casu, si collisio & subordinatio Legum naturalium deprehendatur. Notanter WESENBECILLIS ad Tit. de J. & J. n. 15.
Incidunt, inquit, tempore, cum inter se concurrant & prægnant leges naturales. Sunt enim quidam gradus princi-

cipiorum & conclusionum moralium, in quibus, si quando usus venit, ut sibi obstant, inferior superiori cedat, necesse est. Ita lex neminem lede, cedit alteri illi, defende tuam tuorumque vitam, quæ fundamentum est moderaminis inculparæ tutelæ. l. 3. ff. d. J. & J. Similiter Jus Romanum obligationem erga Patriam anteposuit illi, quam parentibus debemus. Si filius Patrem occiderit, cum ad Patriam delendam hostili animo veniret, sine scelere id fieri, atque etiam premio afficiendum majores censuisse, inquit MARCELLUS in l. 35. d. religios & sumt. fun. Alia hujus commatis lubentes omittimus, cum provinciam hanc egregie ornatam videamus a celeberrimo HERTIO in *Dissertatione de Legum collisione*, Sect. 2. E re igitur subditorum, illorum potissimum, qui rationationibus non assueti, interpretationem hujusmodi certis legibus includi, ut secundum eas actiones suas eo felicius instituendi compotes reddantur. Sequitur autem ex allatis, Legem Naturæ ita repetitam aut explicatam non fieri novam aut humanam. Manet enim eadem, quæ pridem fuit, nova tantum ad humanos animos & notitiam facta applicatione, quod recte observatum a ZIEGLERO de J. M. L. l. c. 5. §. 42. Et hoc sensu dicitur ab Imperatore, Jus Civile collectum esse ex naturalibus preceptis aut Gentium aut civilibus. §. fin. J. d. J. & J.

§. 22.

Secundum operationis modum, quo utitur Lex civilis in versando Jure Naturali in determinatione superius collocavimus. Producit hanc vel communis omnium societatis

societatum, vel cuiusvis particularis utilitas & necessitas. Forma in definiendo quantitatem temporis, rei aliarumque circumstantiarum, quæ extrinsecus accedere possunt, consistit. Declarabimus rem uno alterove exemplo. Primum esto usucatio vel præscriptio, quæ nomina, si naturæ simplicitatem spectes, pro iisdem habentur. Id autem inter plerosque convenit, usucaptionem, quatenus inititur derelictioni a Domino priori factis vel non factis declaratae ipso etiam Naturæ Jure in possidente Dominium producere. Vid. GROT. L. 2. C. 4. §. 3. 4. CONRING. de Finibus Imperii L. 2. C. 19. §. 14. Sed cum animus derelinquendi signis externis non semper semet prodat, & temporis per se nulla sit efficacia; intersit autem omnium, ne Dominia rerum in incerto sint, neve Res publica perpetuis discordiis agitetur, optima tandem medela his ambiguitatibus a summis Imperantibus allata fuit, dum certum ad inquireendas res suas Dominis intervallum præfixerunt. Itaque ut res mobilis anno vel triennio, immobilis decem vel viginti annorum lapsu præscribantur, ut bona fides vel ab initio vel toto illo tempore requiratur, ut justus titulus in possidente adsit, & quæ sunt alia, ea omnia juris positivi arbitrio debentur. Alterum exemplum in Pœnarum inflictione apparet. Nam ut operose probandum non est, Jus Naturæ pœnam non determinare, Vid. GROT. L. 2. C. 8. §. 20. PUFENDORF. L. 8. C. 3. ita quoties id factum, animadvertisimus, toties a Lege civili proficiisci, tenendum est.

§. 23. Quæstio

§. 23.

Quæstio hic oritur, an legislator hac in re Juris Mosaici forensis placita sequi teneatur? Quam rectius negandam existimamus. Etsi enim ea sit illarum præstantia, ut certissimum sit, justitiae & prudentiae esse plenissimas, quippe ab omnibus sapientiae fonte derivatas, & consultum quoque aliquando esse possit, easdem in dubiis quæstionibus consulere, extra tamen Judaicam πολιτείαν nunquam vim obligantem extendisse, ab aliis demonstratum est. Siquidem legislatorem spectes, est is quidem Deus Imperator & arbiter universi, sed qui non qualis, sed quatenus singulari modo τὸ Κύρον in Israelitica Republica obtinuit, easdem tulit. Intentio quoque ejus ultra Populum sibi delectum non processit, cum huic soli sit promulgata; lex vero eos non obliget, quibus data non est. Dilerte PSALMOGRAPHUS p. 147. Indicat Deus verba sua Jacobo, constitutiones ac Jura sua Israeli: non ita fecit Genti ubi, ideo jura ista non converuntur. Addendum his est, quod Deus considerit has leges non convenientes disciplinæ omnium gentium, sed accommodatas ad Genium illius Nationis, ut facerent distinctionem Politiaz Mosaicæ a reliquis omnibus. B. CHEMNITIUS Loco de Lege Dei C. 4. Ult adeo dubium non sit, eas eversa Republica Hebreorum vim quam obligandi perdidisse. ZIEGL. de J. M. L. I. C. 5. §. 53. seqq. Et ad GROT. L. 2. c. 1. §. 14. verb: est autem valde probabilis.

§. 24. Ter-

§. 24.

Tertia legis positivæ operatio circa Jus Naturæ in denegatione efficaciam, quam habere poterat in Foro Civili, conspicitur; quod argumentum omnium diligenter tractavit præclaræ eruditionis JCtus DAVID MEVIUS in Nucleo Jurispr. Gentium communis Inspl. 6. Exerit se autem illa denegatio non una ratione. Siquidem summus imperans aut conventiones actione destituit, aut actus illicitos impunes relinquit, aut per fictiones etiam & annullationes materiam subducit, ut principia Juris Naturalis eidem applicari nequeant. Addit laudatus MEVIUS dispensationem, qua de suo loco nonnulla monebimus.

§. 25.

Et ad conventiones quidem obligationem perfectam generantes quod attinet, haud immerito dubitatur, qua ratione illis actionem denegare possit legislator? cum ipse subsit sanctionibus Naturæ, inter has autem vel prima sit, pacta servanda esse, & societatis humanæ firmissimum vinculum habeatur, ut fidem praestes. Nam quæ FRANCISCO CONNANO, magni alias nominis JCto, sententia arrisit, qui promissionum illarum, quæ συναλλαγμα non habent, vim omnem Juri Civili tribuit, ab aliis pridem erroris convicta est. Vid. GROT. L. 2. C. II. §. I. seqq. Sed si rem proprius consideres, nihil, quod naturæ aduersetur, reperies. Primo

E

mo , Jus civile hic non detrahit aliquid naturali præcepto , sed saltem vim coactivam , quam ex se habet , eidem addere detrectat . Neque enim interdicit civibus suis , quo minus promissa impleant , sed si renuant iisdem stare , saltem non cogit . Evincit id omnium luculentissime Jurisprudentia Romana , quæ etiæ actionem ex pacto ignoret , possessorem tamen rei promissa exceptione pacti & retinendi jure adversus promittentem condicione indebiti vel alia experiri volentem , securum præstat . Deinde quanquam ex Jure Naturæ sit actio sive facultas exigendi ejusmodi , ut promissa stare nolentem , vi adhibita compellere licitum sit ; hæc tamen *αυτοχειροδοκία* cum cesseret societatibus civilibus , in iisque Judiciis publicis institutis , in arbitrio erit summa potestatis , an ob eandem causam actionem secundum instituta civitatis formatam largiri velit . Quemadmodum enim in societatem coeuntes se suaque submiserunt summæ potestati , ac in hujus voluntate est positum , attemperare privatas cujusque fortunas fini universitatis ; ita cum primis in his causis , ubi de acquirendo Jure quæstio vertitur , liberrimam eidem statuendi libertatem concessam esse præsumitur . Nec queri quisquam poterit , hoc ipso injuriam sibi fieri , cum alii sint modi , alterum efficaciter sibi obstringendi , & regula ista , ne Principi quidem licere jus quæsitum cuiquam auferre , tunc demum locum inveniat , si quis illud mediis ab ipsa civili lege introductis sibi comparaverit .

§. 26. De

§. 26.

De peccatis quoque, quibus natura læditur, quæsum
tum fuit, an impunia ea nonnunquam dimittere liceat
summo Imperanti? quod uti de gravioribus affirmare
non ausim, ita de levioribus, quæque directo non tur-
bant tranquillitatem publicam, sed id, quod privatorum
interest, saltem perunt, minime negandum existimave-
rim. Cujus rei fundamentum in eo collocandum est,
quod quemadmodum in statu libertatis singulorum, qui
injuria damno afficiebantur, erat, poenam à nocente
sumere & remittere; ita collata poenæ exactione in-
summam potestatem, idem arbitrium huic relictum
esse credendum est. Vid. *MEVIUS Inf. 6. §. 18.* Id-
que tanto magis obtinebit, quanto certius est, incum-
bere Imperantibus, poenas ita accommodare utilitatı
publica, ne dum illæ rigorosius exercentur, hæc dis-
pendium patiatur. Possunt autem complures causæ exi-
stere, quæ clementiam severitate potiorem haben-
dam esse suadent: ut sunt, multitudo & potentia
criminosorum, delictorum inveterata lues, vel quia
punire nihil expedit, ut recte sensit laudatus *MEVIUS*,
vel si ex prohibitione gravius malum timeri poterat;
quo trahunt aliqui divertitorum apud Hebræos licentiam
propter σκληρησαծ̄ av Gentis toleratam, *MATTH. 19.*
v. 8. itemque apud Romanos lupanaria in prædiis eti-
am boneſorum virorum, teste JCto in *I. 17. §. 1. ff. d.*
petit. Hered. concubinatum, quo de *MARCIANUS*
in *I. 3. §. 1. ff. d. concub.* quia concubinus per leges nomes
affi-

assumſit, extra legi pœnam eſt, item illam XII. Tabb. legem, quæ creditoribus debitoris corpus in partes dividere permittit. *GELLIUS Noct. Attic. L. 20. C. 1.* quanquam ſectionem illam à veteribus male intellectam longe aliter interpretatus ſit eximius JCrus CORNELIUS VAN BYNCKERSHOECK, Senator Batavus, *Observat. Juris Civ. L. 1. C. 1.* Adde, quod & honestati aliquid relinquendum ſit, ut virtus a vitio poſſit dignoſci, & aliquando conſultius videatur, doctrinis ſalubribus revo- care deviantes, quam pœnarum acerbitate reddere magis contumaces. Pulchre hanc in rem SENECA: *Ipsius facilis emendabis minore pœna: diligentius enim vivit, cui aliquid integri ſupereſt.* Nemo dignitati perdiſa parcit. Impunitatio genus eſt jam non babere pœna locum. Civitatis autem mores magis corrigit parcitas animadversionum: facit enim conſuetudinem peccandi multitudo peccantium: Et minus gravis nota eſt, quam turba damnatorum levat, Et severitas, quod maximum remedium habet, affiduitate amittit auctoritatem. Conſtituit bonos mores civitati Princeps, Et vitia ejus feliciter compescit, ſi patiens eorum eſt, non tanquam prober, ſed tanquam invitus, Et cum magno tormento ad caſti- gandum veniat. Verecundiam peccandi facit ipſa clementia regentis. Periculofum eſt, mibi crede, oſtende- re civitati, quanto plures mali ſint. *L. 1. de clementia C. 22.*

§. 27.

Fictio etiam aliquando id efficit, ut naturæ lex, et ſi per ſe non mutabilis, personæ tamen, rei, vel actio- ni

ni applicari nequeat. Intelligimus autem per fictiōnem *constitutionem*, qua singitur id contigisse, quod minime contigit, vel id non evenisse, quod re evenit. *ALTESERRA de Fictionibus Juris Tract. 1. c. 1.* Pertinet hæc, ut anticipavimus, vel ad *personas*, vel *res*, vel *actiones*. Omnes hæc aut pro nullis habentur, aut ipsis qualitas, quam secundum naturam habere poterant, sed re vera non habent, inesse supponitur. Sic Jurisprudentia Romana servos pro nullis habet, atque hoc ipso negotiorum civilium incapaces eos declarat. Quinimo non tam hominem quam pecudum numero eos censet, sic ut qui alienum servum occiderit, non crimen perpetrasse, sed damnum saltem intulisse creditur, & legis Aquilæ actione teneatur. *l. 2. ff. ad L. Aquiliam*; quanquam fatendum sit, Romanos longius hic, quam par erat, processisse. Similiter Jus Quiratum pro nullis reputat exheredatos in relatione ad paternam hereditatem, sicut & illos, qui exiliū passi, aut capitīs damnati sunt. Porro eadem Legis fictione Pater & filius & fratres in ejusdem Patris potestate constituti unam personam efficiunt, ex quo sequitur, quod, dum neqno secummet ipso contraherere potest, contractus inter eos celebrati non subsistant, neque ex illis obligatio oriatur. In *rebus* idem fere evenire deprehendimus. Sic Purpura vesti alienæ intenta non vindicatur, quasi extincta, sed condicitur saltem: & quæ aliis ferruminatione juncta, accessio nis vice cedunt; puta, si brachium statuæ junctum sit, repeti non potest, quia ferruminatione per unitatem majoris partis consuētūr. *l. 23. §. 5. ff. d. R. V.*

Circa *actiones* etiam nonnunquam ita versatur Lex ci-
vili, ut eas, si imprimis cum jure pugnant, nullas de-
claret & inefficaces, aliquando ita, ut intervenisse eas
supponat, et si nunquam, aut certe non eo tempore,
quo finguntur, extiterint. Sic legitimatio retro tra-
hitur ad momentum nativitatis, quasi legitimati inde
ab initio legitime essent nati. Porro fingit bona fidei
possessorem usū cepisse rem, ut eidem contra infirmiori
Jure possidentem largiri possit vindicationem, & quæ
sunt alia hujus commatis studiose collecta à laudato
ALTBERRA. In his autem omnibus casibus non
mutatur Jus Naturæ, quod omnino non liceret, sed
subtrahitur saltem ei materia, quo minus ejus dispoli-
tio in hac locum inveniat. Fundatur autem hæc po-
testas in Jure, quod in personas & res privatorum in-
tegrum est, quocunque societati congruum est & salu-
bre. Vid. MEVIUS. *Insp.* 6. §. 27.

§. 28.

Unicum adhuc restat, ut de *dispensatione* Juris civi-
tis circa Naturalem legem videamus: de qua tener-
dum est, potestatem dispensandi & que late patere, ac
ipsam leges ferendi. Itaque uti hæc præcepta natura-
lia non immutat, sed illis saltem vim efficaciter agendi
aliquando denegat, ita simile quid in dispensatione eve-
niire solet. Ejusmodi sunt, quod foemina ex fidejusso-
ne, filiusfamilias ex mutuo non teneantur; quod pupil-
lus & minor, quantumvis rei intelligentes non obligen-
tur ulla conventione, cui tutoris auctoritas vel consen-
sus curatoris non accessit. Exemplum autem à Matri-
mo-

monio, ob fævitiam alterutrius partis aut perfidiam, aut impotentiam dissoluto desumitum, minus accurate in hunc locum à MEVIO conjicitur *Insp. 6. §. 21.* Neque enim dubium est, illam indissolubilitatem vinculi conjugalis ipso Jure Naturali ad prædictos casus non extendi, ut adeo Legis civilis dispensatione non indigeat. Derivanda igitur est hæc doctrina ex interpretatione, quæ cum dispensatione confundi non debet. Conf. ZIEGL. L. 1. c. 7. de J. M.

§. 29.

Atque hæc sunt, quæ de potestate Legum Civilium in Jus Naturæ differere libuit. Non diffiteor, esse adhuc plura longe, quæ adduci merebantur, aut a doctiori accuratius tradi poterant. Errores, si forte irrepescint, excusabit argumenti dignitas & præstantia.

Neque invitus patiar, si alius meliora docuerit.

F I N I S.

V I R O.

Amplissimo, Consultissimo atque Excellentissimo

D O M I N O

JOH. HENRICO KONHARD,

J. U. D. celeberrimo, nec non Supremæ Curiæ Provincialis Lipsiensis Advocato Ordinario,

Parenti Dn. Respondentis optimo

S. P. D.

P R A E S E S.

Quanto gaudio affectus sum, Vir amplissime, cum de consensu Tuo certior fierem, fore, ut filius Tuus optimorum

EPISTOLA.

rum artium disciplinis imbutus sub qualicunque meo præsidio vires suas in Cathedra Philosophica periclitaretur, silentio potius, quam verbis indicare malo. Collegi enim Tuam erga me benevolentiam, spes quoque me cepit haud vana, Actum disputatorium hoc ipso splendidiorem reddi posse. Prout autem propensionis Tuæ erga me professione obstrictissimum me Tibi reddidisti, ita cum filium Tuum charissimum ad gloriam & virtutem graffari, & vestigia Tua legere videam, nihil amplius addo, quam ut optimum Numen studiis illius ex alto benedicere, Tibi vero, Vir amplissime, etatem eo usque proferre clementissime velit, ut commodis, qua inde expectare potes, feliciter frui queas. Servet Te Deus in plures adhuc annos sospitem & incolumem, quo & gens Tuæ, & illi quorum causas magna dexteritate in foro quotidie agis, & ego, qui me Tibi commendatisimum esse volo, porro habeant, de quo sibi gratulentur,

Amplitudinis Tui

studiosissimus Cultor

P R A E S E S.



Staatsbibliothek
Regensburg

Digitized by Google